



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXIX. Otto, Erzbischof zu Magdeburg, schenkt dem Kloster Neuendorf das Eigenthum des Dorfes Hoddendorp, womit zwei Geistliche einen Altar im Kloster Neuendorf dotirt haben, am 16. Januar 1340.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

rationabiliter perfolvit XXVI marcas Stendalgenſis argenti pro curia ſita in villa Odekſtorp ex parte Buſſonis ejuſdem cognominis*), quod preſenti kartula et ſigillis noſtris et ſigilla honorabilium virorum, ſcilicet Johannis Mowrin, Helmoldi de Werle, Gherardi de Ammenſleve et Rotzardi, famuli, preſentibus ſunt appenſa. Acta et data ſunt hec anno domini M. CCC°. XL°. in octava epyphanie domini.

Orig. in M. Daran die Siegel des S. v. R., des S. M. und des S. v. B., die zwei andern ſind verloren; jene beiden abgebildet an dem bei Urkunde XXIX. genannten Orte. Auswärts: Odiſtorppe.

*) Wahrscheinlich ſoll der incorrecte Ausdruck ſagen, daß der Ausſteller der Urkunde die Summe für ſeinen Vetter Buſſo von Roſſau oder mit für ihn in Empfang genommen habe.

XXXIX. Otto, Erzbischof zu Magdeburg, ſchenkt dem Kloſter Neuendorf das Eigenthum des Dorfes Hoddendorp, womit zwei Geiſtliche einen Altar im Kloſter Neuendorf dotirt haben, am 16. Januar 1340.

— — — Nos Otto, dei gracia Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, recognoviſimus — — — quod diſcreti viri ac devoti dominus Henricus, plebanus in Calvis, ac dominus Thidericus de Mildehouede, capellanus in clauſtro Nigendorp, emerunt villam Hoddendorp a Conrado dicto Spelhouel, et a Woltero Nigendorp, civibus in Gardelege, cum omni jure ſupremo et infimo in villa et in campo cum manſis, pratis, paſcuſis, lignis et omnibus proventibus (pertinentibus) ejuſdem ville ſicut iidem poſſederunt, proprietate autem ac collatione ſupradicte ville nobis reſervata, que ad nos et noſtrum capitulum de jure pertinere diſcoſcitur, quam poſſeſſores (q. poſuerunt ſive) tranſtulerunt ad altare apoſtolorum beatorum (ap. omnium) in honorem dedicatum, ſitum in clauſtro Nigendorp, ob remedium animarum ipſorum et omnium fidelium animarum, ipſum altare cum predictis bonis devote dotando. Nos autem reſpicientes plurima dampna ſanctimonialibus predicti cenobii illata per noſtros ac devotiones predictorum ſacerdotum, cum pleno conſenſu noſtri capituli proprietatem et collationem ſupradicte ville cum omnibus juribus ejuſdem, que in ſepe nominata villa habuimus et habemus, ipſis ſanctimonialibus libere donamus et dicto altari appropriamus irrevocabiler obſervanda. Quorum omnium, que in eadem villa ad nos et noſtrum capitulum pertinent, juri in preſentibus penitus renuntiamus predicto cenobio in poſſeſſionem dando (p. c. impendendo). In cujus donationis noſtre teſtimonium et robur perpetuum preſens ſcriptum ſigilli noſtri munime et noſtri capituli firmiter juſſimus roborari. Teſtes hujus donationis ſunt honorabiles viri Henningus de Stenvorde, Albertus de Luderiz, Thidericus de Robitz (Rokaz) [Rokiz?], milites, Albertus de Alvenſleben, Johannes Maurin (Maurici), Arnoldus de Suede (A. Vefuede) [de Suedere? de Suecte?], famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini milleſimo trecentefimo quadrageſimo, dominica poſt octavam epyphanie.

(Das Original fehlt.) Nach Behmann S. 137. und Reichard's Abſchrift, deren Abweichungen von Belang in () ſtehen.